

insero priuilegio, nihilo minus tamē dicendum est, quod per clausulas generales Hic pro expressis habentes, seu etiam si de his oportet fieri expressa mentio, vel De verbo ad verbum, ceteri debent reuocata, nam alioquin, cum haec priuilegia in factō constituit, & Papa non habeat de his omnibus memoriam, impoffibile esset, quod de omnibus huiusmodi priuilegiis mentionem faciet et de verbo ad verbum; atq; ita numquam posset et de verbo ad verbum; atq; ita numquam posset et reuocare, & sic illius potestas diminueretur, quod est omnino absurdum, nam vnu Pontifex non potest ligare manus alterius Pontificis, qui eamdem, quam ipse, habet auctoritatem cap. Innotuit. §. Quamvis, de elect. Et expediet aliquando priuilegium mutare, declarare, reuocare, cap. Alma mater, de fent. excomm. in 6. cap. Statutū, de script. cod.lib. cap. Ad conditorem, de verb. signif. extr. lo. XXII. Quare universitatis dicendum est, quod per verba quantumvis generalia, si constet de mente Pontificis, quod efficaciter reuocare intendat, possunt reuocari quæcumque priuilegia. Ita Rodriq. tom. 2. quæst regul. q. 6. art. 8. & tom. 1. q. 9. art. 6. Catárb. ver. Priuilegia, tit. Sequentia quædam questiones, q. 1. Felin. in cap. Nonnulli, de script. nu. 6. quia illa verba. Pro expressis habentes, aequivalent reali explicationi.

136 Noto 2. pro terminorum intelligentia, quod ista vocabula: tributum, vectigal, gabella, telenomus, &c. coloquendo de iis in genere, important publicam exactiōnem debitam Principibus, sive Communitatibus. In specie autem vnuquodque habet suam particularē differentiam. Vectigal enim est premium, quod pro rebus vec̄tis solūtur, & est idem quod gudagium, quod nihil est aliud, quam id, quod datur pro ducatu per tertiam alicuius, ut securius vadant. Et hoc etiam dicitur telenomus, quod à græco nomine ductum idem est quod vectigal, seu gabella, vel duana. Itaque vectigal, gudagium, telenomus, gabella, duana sunt idem. Penſio est premium vni rei localis, quae si solūtur priuata personæ, dicitur priuata; si Principi, vel Communitate, dicitur publica. Cenitus est quadam penſio, quæ de prouentibus solūtur. Tributum est cenitus, qui datur de proprio solo Principi, vel Communitate. Itaque penſio, cenitus, tributum, quando sunt publica, idem sunt. Talia vero, præfiantia, imposito, collecta, idem etiam sunt, & quodlibet horum est summa, quæ Princeps, vel Communitas exigit proportionaliter ad totam substantiam cuiuscumque. Angaria autem, & perangaria est iniuste compulsiō, siue coactio ad aliiquid solūendum, vel faciendum; seu angaria est obsequiū personale, perangaria vero est obsequiū personalē, & reale, proprijs scilicet sumptibus præfūtū. Munus aliquando sumitur pro dono; aliquando pro officio, vel honore, aliquando vero sumitur pro eo, quod necessario subimis lege, vel imperio. Ita Syl. ver. Gabella, 1. per totam Rodriq. tom. 2. quæst. regul. q. 6. art. 1.

137 Noto 3. quod disputant Doctores, an ecclesiastici sint exempti à solutione gabellarum iure diuino, an vero solū humano, hinc inde sunt opiniones. Rem ex professis tractant Cened. collect. 37. Rodriq. tom. 2. quæst. regul. q. 6. art. 2. Couart. præf. quæst. cap. 3. 1. lo. Med. Cod. De refut. quæst. 1. Mol. tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 3. 1. & cfr. humana iure tuerint. Abbas in cap. Non minus, de immunit. Eccle. nu. 17. Fel. & alii multi apud Couart. loco cit. num. 1. exemplis esse iure diuino defendant. Hic id discutere nem̄ non est: scio solū, quod in iure canonico, cap. Quamquam, de cenit. in 6. Cum igitur, haec habet Boniatus V III. Cum igitur Ecclesia, ecclasiastica & que personæ, ac res ipsarum, non solū iure humano, quinimum, & diuino, à secularibus per manū ex actionibus, sint immunes. Et in Trid. fess. 3. c. 2. de reforma habetur. Ecclesia, & personarū ecclasiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & canonicos sanctiūnū constitutam.

138 Noto 4. quod imponentes ecclasiastici, ac illorum bonis gabellas, talias, vectigalia, & alia onera, seu

ab illis exigentes, aut sic imposta à sponte dantibus recipientes, sunt ipso facto excommunicati per bullam Cœnæ. §. 18. Pro cuius explicatione vide Scortiam in selec. bull. theor. 4. 27. Nald. in fum. verbo Bulla Cœnæ, num. 57. & alios dictam bullam exponentes. Similem excommunicationem habes in ca. Quamnam. Et in Clem. vii de cens. iubentur Episcopi publicare excommunications iure latas contra exigentes nomine proprio, vel alieno ab ecclasiasticis vectigalia, &c. Quod si Episcopi negligentes sint in talibus excommunicationibus publicandis, possunt puniri poena arbitria. Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 55.

139 Adiutor autem breuiter; quod ad incurrandam dictam excommunicationem bulla Cœnæ requiritur, vt illarum impositio sit expressè facta quod ad ecclasiasticos, vbi verò in impositione gabellarum nulla facta esset manifeste ecclasiasticorum, & exactiores exigerent indistincte, tam a laicis; quam à Clericis, tunc dicti exactiores incurvant excommunicationem cap. Quāquam, qua non est referata, vt Nauat. lib. 3. consil. de cens. confil. nu. 8. Ita Quaranta in fum. bull. verbo Vec̄tigal, verū. Ut autem exigentes, pag. 635.

140 Adiutor etiam, quod non semper à sponte dantibus recipientes, incidunt in dictam excommunicationem, sed illi solū, qui sic recipiunt, quando onera imposta sunt ipsi personis ecclasiasticis, tunc enim solū in apparentia sponte quidem, fed vere, & in effectu ratione onera impositi. Vnde sequitur, quod si in impositione onerum expressum sit, Clericos ad id non teneri, tunc si Clerici sponte solūnt, recipientes ab eis in hanc excommunicationem non incident, vt patet ex illis verbis bullæ Sic imposta, etiam à sponte dantibus recipiunt, vbi sensu illius particula Sic imposta est, quod, qui exigunt, aut recipiunt tributa sic imposta Clericis, hoc est, ita ut Clericos in impositione comprehendant, excommunicati sunt.

141 Adiutor etiam, quod haec excommunicatione non procedit, quando esset facienda contributio pro aliquo extraordinario, quod immediate spectaret etiam ad bona ipsorum ecclasiasticorum, & quada m ratione naturali illis incumbet, veluti si ageretur de reficienda via pietatis destructa, quæ extenderetur etiam per domos, & prædias ipsorum ecclasiasticorum, propter quod eis ad sua possessiones difficilis esset accessus, ut tenebant ad expensas contribuere. Sylv. verbo Immunitas 1. sub num. 19. verū. Sunt tamen aliqua. Nau. in cap. 27. num. 115. verū Tertia quod. Tenentur etiam foliure, quando solūntur pro communi danno, seu periculo vitando. Panor. in cap. Non minus num. 20. de immunit. Eccl. Rodriq. in fum. p. 2. cap. 7. 3. conclus. 1. 3. vt V.G. ad expellendos hostes vastantes territorium, in quo ecclasiastici habent multa prædias, seu ad eijscendis impietatis extra Civitatem, quibus casibus possunt cogi dicti ecclasiastici à suis Superioribus ad solūendum: non autem à Principibus secularibus, qui si compellerent, incurvant in excommunicationem, iuxta cap. Non minus, & cap. Aduersus, de immunit. Eccl. Sed quando talis casus contingere, debet et consil. Romanus Pontifex. Et vbi tanta necessitas imminere, quod non posset fini aliorum scandalo, & periculo haberi prius recurris ad Papam, sufficeret tunc deliberatio Episcopis, & Clericorum, & Superiorum regularium, vnuquinque pro sua parte. Ita definit Gutierrez. lib. 1. practic. quæst. q. 3. num. 6. Si autem Episcopus, & Clerus, vel Regulares nolent in predictis casibus soluere contributiones pro rata, posset populus eorum Superiorum appellare; qui eos ad solūendum coget. Gutierrez. loco cit. num. 8. 9.

142 Noto 5. quod hoc priuilegium exemptionis à gabellis transfit ad colonos, cum si reale. Abbas lib. 1. consil. 1. verū. Ad secundum, & in cap. Ex parte, el t. lnu. 4. & 5. de decim. Zabar. in Clem. 1. de decim. q. 22. 23. & alii, quos citat Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 52. num. 46. Sed exat bulla de exemptione generali Regularem Pij V. quæ incipit. Dum ad vberies, quam reterit